154

# HONORARIA VOTIVA,

*IN NUPTIIS AUSPICATISSIMIS,*

VIRI,

*EXCELLENTISSIMI, CLARISSIMI*

# D. M. ERNESTI KÖNIG,

Gymn. Thor. RECTORIS dignisſimi,

*SPONSI,*

Nec non

*Caſtisſimæ, Vitæ & Morum Integritate Ornatisſimæ*

VIRGINIS

# BARBARÆ,

*Spectabilis & Prudentisſimi* VIRI

D. GERHARDI THOMÆ,

Scabini Vet. Civ. Thor. olim dign.

FILIÆ DILECTISSIMÆ,

*SPONSÆ,*

*Thorunii die 7. Septembr. Anno 1677.*

*feliciter celebratis,*

Animis devotis oblata

à

Primæ Clasſis Auditoribus.

---

THORUNI *Typis excudit* Joh. Cœpſelius, *G.T.*

PLurima lætantis Tibi fundit vota Palæſtræ
Pubes, dum Thalami vincula ſacra paras.
Longævos alii, proſcriptis luctibus, annos
Optant, & ſvavis pignora grata tori.
Aſt ego, Mæcenas, qvod mens tua poſcit & ambit,
Qvod placitũ Superis, id Tibi corde precor.

Chriſtoph. Woyt, Inſ. Mar. Pr.

---

*SIs felix, faveantq́ Tuis, pia Numina, votis:*
*Mella fluant thalamo, lacq́ merumq́, Tuo.*
*Aurea Vos inter ſit pax, concorsq́ voluntas,*
*Penelopea fides vos pietate regat.*

Johannes Godofr. Pollio, *Hernſt. Sil.*

---

NUnc dum pangis ovans Hymenæia fœdera, SPONSE,
Rumina teſtatur læto ſua gaudia plauſu,
Theſpiades lyrico cudentes verba cothurno
Applaudunt Tibi. Ter nos Numina poſcimus omnes,
Annos ut vivas Pylios, in amore ſeneſcas
Cũ SPONSA. Fugiant veſtros mala qvæq; Penates.

Andreas Johannides, *Cæſar. Hung.*

Cø

ES ſtimmen heute euch Lufft/ Him̃el/ Soñ und Wälder/
Jmgleichen Berg und thal/ wie auch die grünen Felder
Ein ſüſſes Brautlied an. Es ſtekket auch im Saal
Der Hymen fakkeln auf zum Tantz Euch abermahl.
Drum laſſt ein zeichen ſeyn Jhr wolgetrauten Beide/
Daß Euch mein Phöbus liebt/ Er freut ſich Eurer Freude/
Er ſchenkt zwar keine Schätz; Er hat deñoch den Wahn/
Daß wer nur Wünſche giebt/ hab' alles gnug gethan.
Seyd tauſendmahl gegrüſſt/ der Himmel Euch geſegne
Jhr Beyde/ denen nichts als Glükk und Heil begegne/
Bis daß/wenns GOtt gefällt/ Er dermahleins empor
Euch zu ſich nehmen wird/ hin in das Sternen-Chor.

Chriſtian Kinkkel/ v. Th. a. Pr.

---

*VIs, non vis, tandẽ qvoq; vis,* Clariſſime Sponſe,
*Sic vis fatorum Te tenet atq; ligat,*
*Tædarum nunqvam precor ut Te tædeat harum*
*Detq; ſecunda Tibi vota ſecunda DEUS.*

C. P. W.

---

Εὖγε, καλὸν ζεῦγος, φιλίαι σε ζεύγνυε ἁγνὴ
Συγκρίνει δοκίμας θερμῷ φλόγας ἤτορι, εὖγε.
Πληθύνε ἀκμάζέ τε, ὡς ποταμῶν παρὰ χείλει
Τὰ βλαστήματα δένδρον ἀνήλιον αἰὲν προτείνει.
Καὶ σὺνθ' ὁμοθύμω ἐν κοίτῃ βιόοντας
Πολλὰ ἔτη ὑμᾶς διασώζῃ πνεῦμα θεοῖο!

Gottlieb Geiſler, *Gorl. Luſ.*

---

INclyte nõ auro ſed onuſtus carmine, Sponſe,
Hæc tibi corde pio vota preceſq; fero.

 Exi-

Eximiâ Tibi prole DEUS benedicat & auro,
Longa Tuæ vitæ Numina fila trahant.

Daniel Fleſchius, *Stolpenſ. Pom.*

---

*BElla fugit miles, Martis telo ictus atroci;*
*Sed repetit Veneris læſus amore Lares.*
*Dulcia Tu Veneris, tentans Neonymphe reportas*
*Præmia, qvæ Tibi ſint grata & amœna precor.*

Boguslaus Hector Fleſchius, *Stolp. Pom.*

---

NUnc Vobis Cytherea ſuos indulget honores
Acceditq; novâ pectore veſtra face.
Addo ego de calido ferventia pectore vota,
Et precor, ut Veſter conduplicetur amor.

Bernhardus Melhorn, *Regiom. Pr.*

---

*HEm Lacrymas triſtes, Lacheſis qvas intulit ante,*
*Excutit Autumnus felix, de corde gemente,*
*Adjungens Sociam thalamo, prædulce levamen,*
*Qva cum perpetuò vivas vireasq; beatus.*

David Joachim Weſtphal, *Stolp. Pom.*

---

JAm nomen tanto doctrina beavit honore,
Ut nunqvam mortis falce perire qveat.

Dum

Dum thalami celebras jam feſta jugalia: Gnatos
Qvi Tibi conſervent nomina viva, precor.

Johannes Tobias Janus, *Sag. Sil.*

---

*Nil propè defendit parma ingenioſa Minervæ,*
*Fortia cum facilis tela Cupido vibrat.*
*Si doctum cor, Svada potens,* Vir Magne *juvarent,*
*Hæc in Te certèſpicula vana forent.*
*Pallada ſed vincit Puer: ergò ſidere fauſtô*
*Cœpta fluant, abſit qvicqvid obeſſe queat.*

Erneſtus Muſonius, *Thor. Bor.*

---

Φίλτατε ὦ Νεονύμφε ἀεὶ βασιλεὺς σύ μεν ἡμῶν
Ἀλλ' ἰδὲ νῦν ἔσται σου βασιλεὺς ὁ ἔρως.
Κοίρανός ἀλλὰ ἔρως ἀγαθὸς πείθει ὁ σὲ αὐτῆς
Ἧδε καλὸν πείθεις ὦ Νεονύμφε γάμον.
Νῦν καὶ ἐγὼ χαίρω καὶ σοι καλὰ πάντ' ἐπιθυμῶ
Ζῇ μετὰ σοῦ μνηστῆς ζῇ διὰ πολλὰ ἔτη.

Michael Danehl, *Regiom. Pr.*

---

Hic Tibi flagrantem lætans exoptat amorem;
Ille vovet lætum non ſine prole torum;
Vota dat hîc alius, vivas ut Neſtoris annos;
Aſt ego non voveo ſingula: cuncta precor.

Chriſtophorus Albertus a Brumſe,
Nob. Pruſſ.

*QVem tandem DEUS & melior fortunâ refinxit,*
*Hunc fœcundet Amor Junoq́ blanda torum.*

Fridericus Dauw/ *Mariæb. Pruſſ.*

---

NOn caro, ſed DEus eſt, thalami qvi fœdere ſacro,
Jungere prævalidè pectora caſta ſolet.
Hic modo felici caſtiſſima pectora nexu
Junxit, qvæ poſſit ſolvere nulla dies.

Daniel Esken, *Th. Bor.*

---

NOn Tibi Mæcenas ſolatia longa fuere
Conjugii primi, ſed ſunt disrupta feroci
Invidiâ mortis. Socii nova fœdera lecti
Dignetur Numen, multis decorentur ut annis.

Jacobus Schwartz/ Lub. Luſ.

---

*DUm ſolennis adeſt Hymenæus, adeſte Camœnæ,*
R E C T O R I *noſtro pangite dulce melos.*
*Pangite dulce melos, ſimul & date candida vota,*
*Ut videat fauſtos & ſine nube dies.*

Friedericus Weber, *Mar. Inſ. Pr.*

Cura

CUra Tibi fallax innupto, Sponſe, premebat
Mentem; nunc gaude, Sponſa venuſta datur.
Apprecor, atra dies fugiat, florentia Vobis
Tempora ſint; thalamum prole Deusq; beet.

Joh. Godfr. Röſner, *Züll. Sileſ.*

---

Αγρέυλοις ἁβρὸν φθινόπωρον σπέρματα δωρεῖ,
Σοὶ δὲ φέρει κομψὴν παρθένον εἰς θάλαμον.
Συγχαίρω μνηστῆρ σοι καὶ κάλλιστα ἅπαντα
Εὔχομαι, εὐδαίμων, ἄριστος ἴσθι ἀεί.

Chriſtophorus Baaſel, *Angerb. Pr.*

---

SPONSA Tibi verâ nulli virtute ſecunda
En jam cœleſti ſorte favente datur.
Ergo DEUS qvia Te præclaro munere donat
Edas lætitiæ maxima ſigna Tuæ.

Elias Reiſingerus, *Stolp. Pomer.*

---

WAs ausgeübet iſt / daß wil ſich immer ſchwingen /
Nach Ehren / Kunſt und Ruhm / nach Gunſt / nach
hohen Dingen /
Sein Lob das bricht herfür / und wil nur Him-
mel an /
Es iſt Jhm zu gering auff dieſer Erden-Bahn /

Und

Und weil es ſo mit Euch / Herr BRAEVTGAM / jeder ſpreche:
Apollo / groſſer Mann / dein Lob herfür auch breche!
Diß hat die BRAVT erhört / drum ſaget Sie allhier:
Dein Lob das immer währt/ dat breche fort herfür!

Johannes Teſſen / Stolp. Pom.

---

ESto, preCor, feLIX, per MVLtas, ReCtor, arIſtas
ProLe bonâ fLore, CreſCe VaLeqVe benè.

LEbt Lange/ Lebet reCht Ihr zVVey VerknVIpfte Hertzen/
VertreIbet eWer ZeIt In angenehMen SChertzen
Es ſageTIthō hIer: aCh ſeht eIn neWes Paar/
Es träget/ aLs WIe ICh/ eIn feInes graWes Haar.

Johann Schäfer / Schönb. Bor.

---

TE precor alme Pater cui vincla jugalia curæ,
Qvorum Tu primus fons & origo DEVS.
Fac hi concordes vivant feliciter annos,
De Cœlo veniant proſpera cuncta Toro.

Georgius Gleinig. G.

Glükks-

# Glükks-Wunſch
## An den Hn. Bräutigam und Jfr. Braut.

GOtt/welcher durch die Lieb Euch feſte nun verbunden/
Der laß Euch Beide ſehn viel tauſend guter Stunden/
Er mehr auch Euer Haus mit Segen/Edles Paar/
Daß Ihr der guten Zeit genieſſet ohn Gefahr.

Aus treuem Hertzen ſatzte
auch dieſes

Andreas Helvetius/ *Th. B.*

---

BLanda Deæ cunctos affligere Cypridis arma,
Muſis exceptis, Ethnica turba canit.
Attamen & Muſas iſtis ſuccumbere telis,
Exemplo proprio tu, Neonymphe, doces.
Multa ferat, voveo, Daphnis Tua germina lauri,
Hinc ut proveniat gloria ſera Tibi.

Daniel Gleinig, *Ged. Bor.*

---

POmifer annus adeſt, lætantur fruge coloni,
Bacchus & alma Ceres nam ſua dona ferunt,
Clare Vir, en nec Te Septembris tempora fallunt,
Svavia nam Tibi fert munera Diva Venus.
Hinc ego vota fero, novus hic ut fructus in annos
Æternos vernet, cœlitus opto, precor.

Jacobus Blackhal, *Holl. Pr.*

TE DEUS Omnipotens, VIR Præclariſſime ſemper
Te ſimul ac Coſtam, protegat, oro, Tuam.
Sis felix SPONSUS, ſis terq; qvaterq; beatus,
Ac tecum Conjux ſecula ſoſpes agat.
Nil præter votum, RECTOR, poſſum Tibi ferre,
Hoc Tu pro donis accipe qvæſo meis.

Jacobus Rudolph, Elbing. Bor.

---

WAs kan und ſol ich Euch zu dieſem neuen Leben/
O Hochgeehrter Herr/ das Ihr itzt wollt anheben/
Vor ein Geſchenke thun/ das GOtt und Euch und mir
Recht angenehme ſey; ob gleich nichts übrig hier
An Silber oder Gold/ wil ich für allen Gaben/
Für allem Reichthum Ihm den Wunſch geſchenkket haben:
In Euer Kammer ſey kein Hadder/ Streit noch Zank/
Euch ſpinne Lacheſis den Lebens-Faden lang/
Lebt friſch/ lebt fruchtbarlich/ lebt ſeelig/ wie Ihr lebet!
Diß iſt mein höchſter Wunſch den Ihr Euch ſelbſten gebet!

Daniel Hübner/ von Stolp aus Pommern.

Sume

SUme, precor, facilem lætanti pectore vultum,
Jam mentem afficiant gaudia mille tuam:
Triſtitiam cunctam jam trade procacibus Auſtris
Triſtitiæ finem jam cupit eſſe DEUS.

David Jacobus Beggerovius, *Cam. Pom.*

---

*ATra Domus fuerat fuſcis obducta tenebris,*
*Et non una Tibi fluxerat atra dies.*
*Numine ſed tandem ſic diſponente, tenebras*
*Qvod modò diſpellat, tæda jugalis erit.*

Joannes Baumgarten, *T. P.*

---

UT tua feſtivo redeant Hymenæia plauſu,
Ex toto, Fautor maxime, corde precor.
Sit Thalamus Veſter pacatus, litis & expers
Pax vigeat, vigeat pacis alumna ſalus
Sit concors lectus, felici prole ſecundus,
Vivatis Pylii ſecula terna ſenis.

Michael Fademrecht, *Elbing. Pruſſ.*

---

*SPonſa Tibi ſacro fulget virtutis honore:*
*O utinam niteat prole vigente Torus,*

*Opta-*

102978

*Optatæ largis Tibi tædæ dentur ab aſtris,*
*Sint dulces nati, ſint ſimilesq́; patri.*

Johannes Johnn, *Thor. Bor.*

---

## Ad Sponſum & Sponſam.

VIvite concordes, concordia nutrit amorem,
Et veſtris Votis annuat ipſe DEVS.
Vos regat una fides, procul hinc ſint jurgia qvævis,
Veſtra ſit optatâ prole referta domus.

Daniel Köhler, Thorun. Bor.

---

*NYſæus gravidas jam demetit Evius uvas,*
*Tu dulcis thalami gaudia grata metis!*
*Parnaſſus plauſu reſonat, Muſæq́; triumfant:*
*Et mea Muſa toro proſpera cuncta vovet.*

Johannes Hübner, Cruciburg. Sil.